Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9067
Copyright: Melk, Benediktinerstift



fixus etiam pro nobis sub pontio pilato. passus et sepultus est et
resurrexit tercia die secundum scripturas ascendit in celum sedet ad
dexteram patris et iterum venturus est in gloria iudicare uiuos
et mortuos. cuius regni non erit finis et in spiritum sanctum dominum et
uiuificantem qui ex patre filioque procedit qui cum patre et filio
simul adoratur et conglorificatur. qui locutus est per prophetas et unam sanctam
catholicam et apostolicam ecclesiam confiteor unum baptisma in
remissionem peccatorum et exspecto resurrectionem mortuorum.
et uitam futuri seculi amen. De sancta katarina. v. martire.
Deus qui aioisi famulo tuo in monte syna legem dedisti. quique
in eodem loco per manus angelorum corpus beate katerine
uirginis et martiris tue mirabiliter collocasti. tribue
quesumus nobis eius meritis et precibus. ut ad montem qui apud te est
peruenire ualeamus. Secreta. Munera domine sacri
ficii presentis que tibi offerimus in honore sancte katerine
uirginis et martiris fiant nobis quesumus eius precibus uita perpe-
tua et te donante salus infinita. Complendum.
Sumptis domine salutis nostre subsidiis te supplicitur deprecamur.
ut sicut liquor qui de membris beate katerine uirginis
et martiris tue iugiter manat. et languidorum corpora sanat.
sic eius oratio cunctas a nobis iniquitates expellat.
et ad gaudia eterna perducat. Per.